



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX


Dominica Nona Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

propter onus, an honores: ob voluptates an difficultates? ad extruendum, an destruendum? charitate motus an cupiditate: sed, *Sic vos existimet homo, sacerdotes, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Hoc, obsecro, cogitate, & tu popule Christiane parabola reminscere.

Tu vero omnipotens Deus, cœli ac terræ conditor, summe elocator noster & creditor, quem decipere nemo queat, at cui omnium actionum, verborum, cogitationumq; seuerâ reddenda est ratio, nostri obsecro misere-re, teque clementem & benignum erga delicta nostra exhibe. Sumus enim: villici illi iniquitatis, gratiarum tuarum dissipatores, iniqui dispensatores, de quibus tam malus & inhonestus rumor in cœlum vsq; sparsus est: quos Angeli, dæmones, atque adeo creaturæ omnes quotidie apud Maiestatem tuâ diffamant & coarguunt. Quid, Eheu! agemus? quid nobis fiet, quando nimirum nobis ad locum rationum vocatis, vitæ huius villicationem auferes. Tunc villicari amplius non dabitur, non mereri, non opera denique penitentia facere: tunc Sanctorum preces, gloriosæ Virginis intercessio, Iesu Christi gratia intercederit. Quam obrem nostri, obsecro, summe Iudex, cui reddenda erit ratio; magne possessor, cuius villici sumus; æterne pater, cuius filij, miserere; rigorem noli ostendere, sed benigne ac suauiter nobiscum agas: & præsta, vt interea prudentiam & astum villici huius imitemur, diuitijs iniquitatis inquam amicos nobis paremus, id est, è bonis, quæ sæpenumero obesse solent & malum adferre, elemosynas faciamus, pauperes nobis propitios reddamus, quo per eos aliquando in tabernacula æterna, in quibus beatitudinem nostram expectemus, admitti mereamur, ad quæ nos deducere dignetur Pater & Filius & Spiritus sanctus. Amen.

DOMINICA NONA
POST PENTECOSTEN.

Partitio.

1. De efficacia & præstantia lacrymarum.
2. De Ierolimytana clade.
3. De eiusdem cladis causa & origine.
4. De lacryma Christi.
5. De peccatis deplorandis.
6. De amore patriæ.

Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem fleuit super eam. Luc. 19.

FIGURA.

Quamuis Mardocheus, equo regio, multis purpuratis stipantibus, magna pompa & honore, per omnia vrbs compita, Assueri regis iussu veheretur; Aman quoque regis intimus equum deducens, præconis vice functus inclamaret: *Sic honorabitur quemcumque rex voluerit honorare; nunquam tamen sanguinolentiam illam aduersus populum suum decretam sententiam, qua omnes per regnum vbique sparsi Iudæi paucis post diebus ad necem deposcebantur; animo potuit eradere: cum enim ciues suos & concipitios plaudentes & sibi de triumpho congratulantes cerneret, vt qui impendentem calamitatem & ruinam capiti certissime imminentem ignorarent; ipse totus in lacrymas resoluebatur; ipse ridentibus Hebræis, serumadebat; suspirabat; ingemiscebat, & albicantem illam barbam lacrymarum imbre, velut balsamo & malobathro Syrio irrigabat.* Et sane si quis cum tunc Iudæus lacrymarum causam interrogasset, cur inquam triumpho & iubili tempore dolore conficeretur amarissimo, haud inepte respondere potuisset, vestram calamitatem deploro fratres, vrbs vestra excidium gemo, sicut oculis excutiunt imminetia vobis mala; fleo inquam, quod post hebdomadas aliquot nullus omnino vestrum sit in vniuersa Perside & Assyria futurus superstes. Hoc ipsum in hodierno Euangelio mihi quoque videre videtur.

1. Chr. 4.

Decoratio
de vita acta
reddenda.

deor: verus enim Mardocheus Christus, in die triumphus sui, die inquam, quo æterni illius Affluet, Patris cœlestis, iussu, de mundo triumphum agit; urbem Ierosolymitarum magno honore & magnificentia ingressus, ciuibus eum læto iubilo & exultatione recipientibus, plaudentibus, congratulantibus, concrepantibus, vberime lacrymatur: tota ecce ciuitas gaudet & plaudit, solus ipse calamitatem vrbis imminentem prælagiens ac præuidens, Mardochei instar, irriguo lacrymarum imbre totus madescit. Si quis autem fletus scire causam velit, respondebit profecto, *Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo.* Urbis huius calamitatem & lacrymarum Christi causam latius deducam, simulque Euangelium exponam, modo Spiritus S. adsit auxilium, & Desparæ Virginis innocantium patronæ patrocinium, quare salutationem Angelicam eidem, in genua prouolui, recitemus.

Ave MARIA.

I. Omnes omnino sancti Patres, ac veri Herachi qui sanctarum lacrymarum quæ tum ob propria, tum ob aliena peccata effunduntur, dignitatem, decus, ac valorem aperuerunt; tam effusi in earum præconia fuere, atque eadem exultare, vt & hyperbolica elatione vsi, itaque ea quæ dixere, inter sententias diuinas referri merito posse videantur. Cassianus namque in primis, Magni Chrysostomi discipulus, ac deinde Massiliensis in Gallia hæc nostra presbyter, qui temporibus Honorii & Theodosii Iunioris vixit, dicere non dubitauit, fletum esse cibum animarum, corroboracionem sensuum, peccatorum absolucionem, refectionem mentium, lacrarum denique culparum.

In Psalm.

In ferm.

Lachrymarum effectus.
In Epist.

S. Bernardus domo Burgundus, religiosus pietate celeberrimus, qui anno Domini M. CLXIII. Frederici Barbarossæ temporibus decessit, maximus lacrymarum amicus ita in earum laudem sese effudit: *delicia Angelorum, inquit, sunt lacryma nostra, & delectabiles lacryma penitentis.* S. Hieronymus vtroque longe prior tempore alia etiam maiora diuinaque encomia lacrymarum celebrauit,

ô lacryma, inquit, humilis, tua est potentia, tuæ regnæ, tribuna iudicis non vereris amicorū tuorū a. cusatoribus silentium imponis, non est qui te accedere ueter, magis cruce ac diabolum, quam poena infernalis. Quid plura, Sincis inuincibilem ligas. omnipotentem, inclinas filium Virginis.

Beati igitur atque iterum beati, qui lacrymis se dedunt, & fletu in mergunt, beatos quoque hos olim pronuntiauit Christus, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* quod plurimum è sacra scriptura exemplis manifestum reddam. Beatus enim Dauid rex fuit, quia fleuit, solus lacrymis scilicet adscribat, quod & vitam & regnam & coronam seruari. Beatus quoque rex Ezechias, quia namque fleuit, mortis in caput illius pronuntiata sententia, ad quindecim annos, antequam executioni mandaretur, dilata fuit; de quo dicitur, *Conuersus a pariete fleuit amare.* Beatus etiam Petrus Apostolus ob fletus & lamenta, singultus siquidem, suspiria & gemitus imo exciti corde, pristinam ei gratiam reddidere. Beata quoque ac nimium felix peccatrix illa notissima Magdalena, quod sacros Christi pedes iucundo lacrymarum balneo refecerit; his etenim animæ sordes, id est peccata, eluit ac purgauit.

Matth. 5.

2. Reg. 12.

1. Reg. 10.

Matth. 26.

Luc. 7.

Hinc Chrysostomus audaciam sumit, vt lacrymas secundum baptismum nominari: quemadmodum enim sacramentum hoc animas ab omni peccatorum macula purgat, & omne scelus quodammodo auerterat, ita & lacrymæ. Hoc nempe innuere voluit, Prophetæ Ieremias dicens, *Laua à malitia Ierusalem cor tuum vt salua fias;* perinde ac si dixisset: Messias quidem vnuersum purgabit mundum, omniaque hominum scelera rubicundo sanguinis sui mari eluet; at nostrum quoque est, cordis peruersitatem lacrymarum vnda abstergere. Psaltes huc alludit dicens, *Tu contribulasti capite draconum in aquis;* porto per draconem illum peccatum intelligit, per capita vero peccata præcipua ac capitalia, è quibus alia pullulant, quæ omnia in sacro lacrymarum gurgite pereunt & suffocantur.

Chryl. hom.

13. in Matth.

Ierem. 19.

Psal. 73.

Cuius rei figuram credo, Pharaonis omnique exercitus eius in mari rubro submersionem & triste naufragium, *Reuersaque sunt aqua.*

Exod. 14.

lacrymæ
rubro mari
comparan-
tur.

Psal. 115.

lib.

lib. 10.

Psal. 39.

aqua, operuerunt currus & equites cuncti exer-
citus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant
mare; nec vnus quidem superstitit ex eis, fuculo
hocce infortunio, iam ab illo tum tempore,
designatum existimo, in rubro lacrymarum
mari Satanam Pharaonem illum infernalem,
atque omnes Aegyptios, id est, peccata, tan-
dem aliquando naufragium passuros. Beati-
gigitur ac millies beati, qui gemunt & su-
spirant; quidquid enim in la: hrymis semi-
nant, cum gaudio & exultatione procul-
dubio metent: nam, test: Psalmographo,
qui seminant in lacrymis, in exultatione me-
rent.

Dauid Philistarum olim terror & prin-
cipum omnium miraculum, cum probela-
crymarum vim & energiam perfectam ha-
beret, cum Deo agens clamabat: Auribus
percipe lacrymas meas, ob quas deinde exau-
ditas aiebas: Posuisti lacrymas meas in con-
spectu tuo; quod alij legunt: Lacrymas meas
reponens ventrem tuum; hinc liquido appa-
ret, quanto opere lacrymæ placeant Deo,
cum in intimo diuinæ essentiae suæ recon-
dantur. Quid? lacrymæ cælorum sunt ia-
nitrices, peccatorum interpretes, pœnitenti-
um patronæ, Dei amicæ, pietatis tubæ, san-
ctorum desideriorum incensina, dea; pœ-
nitentiæ fulcra: in mundo quoque habitare
solent, qui propterea vallis dicitur lacryma-
rum, ille porro sapit, & omnibus numeris
perfectus est, qui eandem hic usurpat, & dum
opus est, adhibet.

Jephtes filia à patre postulauit, vt bime-
stri ante mortem per montes & solitudines
sibi liceret, cum æqualibus & sodalibus, ad
virginitatem, quæ violenta morte abriper-
retur, deplorandam, diuagari. Sanctus
quoque Job eodem respiciens, dicebat: Di-
mitte me, vt plangam paululum dolorem me-
um, antequam vadam, & non reuertar, ad
terram tenebrosam & operam mortis caligi-
ne. Et Regius vates: Quoniam aduena ego
sum & peregrinus, remitte mihi, vt refrige-
rer, priusquam abeam, & amplius non ero; retrige-
rer, inquam, lacrymis. Disce hinc, viros
illos sanctissimos, vitæ prolongationem a-
liam ob causam non postulasse, quam, vt
interca lacrymis vacarent, scientes esse

sibi propediem moriendum: peccatores ta-
men & impij non nisi, vt delicta confecten-
tur, risu & gaudio defluant, vitam differri
petunt.

Israelitæ dum in ignotam & alienam se
abductos prouinciam, & proci à patria
constitutos cerneant, de salicibus & ar-
boribus sylvæstribus organæ suspenderunt,
& nunquam inducere animum cantare ro-
gati à Babyloniis, sed noctes & dies conti-
nuos lamentabantur. audite, vt de se testen-
tur: Super flumina Babylonis illic sedimus. Psal. 136.
Fleuimus dum recordaremur tuis Sion, in salici-
bus suspendimus organa nostra. Hic dicere Mundus
licet, nobis, qui haud proci à torrentibus terra lacry-
& fluiis Babylonis mundi huius viuimus, marum.
& in regionem incultam & sterilem relega-
ti sumus, omne gaudiorum genus, omnes
delicias & risus, in mundo hoc esse repu-
diandos, sed è contra lacrymas, ad cœle-
stis patriæ recordationem, vbertim effun-
dendas.

Atque vt Rex Babyloniis organa & in-
strumenta musica habebat, quæ mox, vt au-
diebāt idololatæ, coram statua proni ad o-
randum procidebant: at veri Israelitæ nun-
quam vel genu flectere, vel aures sympho-
niæ applicare voluerunt; ita suam mundus
symphoniam habet, suas delicias & volu-
prates, quarum ad sonum impij & cosmo-
phili genu flectunt, scelerum ac deliciarum,
ineptiarumque statuas adorant: veri autem
Hebræi, & cœlo destinatæ animæ est, va-
nitate hanc non adorare, nec ad sympho-
niam & crepitaculorum illius concentum
tripudare & efferrī, sed noctes & dies lu-
ctui indulgere, regem illum Hebræum imi-
tando de se, qui ait: Lauabo per singulas noctes
lacrymæ meum, lacrymis meis stratum meum vi-
gabo.

Angeli, nuntij illi cœlo in Ierusalem pri-
usquam circa mundi finem exscinderetur,
destinati, prout Ezechiel refert, iussi sunt
notare & segregare eos, qui in lacrymis vi-
ditarēt: Ite per Ierusalem & signate omnes, qui
lugent super iniquitates, quæ sunt in medio Ieru-
salem. In quo duo occurrunt notanda, pri-
mo lacrymas ad beatitudinem plurimum
momenti adferre, & solos illos ad gloriam
desti-

destinatos, qui lachrymis incumbunt: deinde, aliorum peccata deplorare euidens esse prædestinationis argumentum, & futura beatitudinis arham, quibus de meo adiunxero, nihil in mundo maioribus & vberioribus lachrymis deplorandum, quam rerum spiritualium damna, qualia in primis nostra peccata sunt, & simul aliorum.

2. Paral. 14.

David rex cum gentes quasdam idololatricas infames bello persequeretur, illæque fusa fugataque idola deseruissent, rex quoratur in Deum verum affectu, eadem flammis adiudicavit, *Dereliqueruntque ibi deos suos, quos David iussit exuri.* Rogat in quaestionibus suis Augustinus, cur David idola exusserit; & ait, consulto id factum, quod gentes illæ lachrymis numina velut holocaustis placarent. Equum porro est & rationi consentaneum, idola quibus lachrymæ immolabantur, exuri & in cineres redigi, cum soli Deo regium hocce sacrificium debeatur. At nimis fortasse multa, & plura quam exordij ratio postulet; & ipse pluribus de lachrymis agere nequeo, quin in lachrymas resoluatur, cum Salvatore meo Christum hodie videam illachrymantem, hoc scilicet hodiernum præfert Euangelium: *Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns civitatem, fletis super illam, ut lugubrem hancce materiam ordine debito prosequar prima concionis parte de tristi & funesto Hierosolymorum excidio, atque altera de lachrymis Christi locuturus sum, at dum me accingo, vestras etiam in promptu habetote.*

II.

Urbis Hierosolymitanæ descriptio.

Lib. 1. Antiq. c. 18. & lib. 7. c. 3.

Quod ad primam attinet: Sciendum est urbem Hierosolymitanam, tribus Benjaminicæ caput, & totius Judææ metropolim, diuersis pro diuerso tempore nuncupatam fuisse nominibus: tempore enim Abraham dicta fuit Salem & Solyma, prout testatur Josephus: deinde Jebus, ut è capite 18. Josuæ, & 19. Judicum videre est, tandem per Davidem capta expugnataque Hierosolymæ nomen est adepta. Situs porro eius peregre regius, salubris & amœnus; monti quippe insidebat, & duobus collibus leniter assurgentibus hinc inde cingebatur, in quo-

rum altero nomine Moria, regium & splendidum illud templum à Salomone fuit constructum; in altero vero arx & filia Sidonis. Descripsit illam accurate Josephus, ac plurima in illius celebrationem adfert, atque inter cætera, tantam in ea, paulo antequam deuastaretur, hominum fuisse multitudinem, vt ducenta hominum complexa simillia.

Varias porro ob peccatorum ibidem inualescentium scditatem, clades experta est, ac sæpius deuastata; modo à Regibus Syriæ, modo à Babyloniis & Chaldæis, modo etiam à Romanis. Diripuit eam Antiochus, Nabuchodonosor euerit, denique Titus Vespasianus penitus excidit: quod excidium Hegesippus Judæus natione, qui historiam iam inde ab Apostolorum per orbem prædicatione, vsque ad annum Christi CXXX. conscripsit Ecclesiasticam, accurate & fideliter enarrat: item Eusebius Cæsareæ Palestinæ Episcopus, linguarum cognitione, historiarum notitia, & omnigena scientia celebris, quiq; initio quidem, vt Hieronymus testatur, Arianorum partes tenuit, atque ideo nonnquam Arianorum dictus est coryphæus; sed, qui postea orthodoxorum castra secutus, Niceni Concilij tempore, symboli etiam auctor & concinnator meruit appellari, verum cæteris & copiosius & elegantius ipse Josephus Judæus, Sacerdos, qui temporibus Imp. Vespasiani & Titi vixit, & viginti libros de Judaica Antiquitate, & de bello excidioque septem eleganter conscripsit; in primis notat, tempore obsidionis Titi, vndecies centena hominum millia tum peste, tum fame, tum præsertim gladio in urbe Hierosolymitana perisse, & nonaginta septem millia diuendita, idque pretio adeo vili & exiguo, vt triginta nonnisi vno venierint denario, vt olim triginta denariis vnum vendiderant Christum.

Iusta hæc nequissima gentis clades ac ruina sæpius ac longo prius tempore à Prophetis prænuntiata legitur. dixit siquidem Psalmographus: *Fiat habitatio eorum deserta. Et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet;* item Daniel: *Et civitatem Et sanctuarium dissipabit populus, cum duce venturo, Et finis*

Psal. 68.

Dan. 9.

Et finis

Et finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Ipse quoque initio Prophetiae Eliaias: *Et relinquetur sicut Sion, & brachium in vinea, sicut tugurium in cucumerario, & sicut civitas, qua vastatur.* Christus in Evangelio idem Judaeis comminatur: *Ecco relinquetur vobis domus vestra deserta; ipsum Deus item emblematicè denotavit, nam destructionem hanc urbis Ezechielii ostendere cupiens, laterem ut acciperet, iussit in eaque varias depingeret imagines, & imprimis urbem Hierosolymitanam, & circum eam genuinam castrorum formam, adderet tympana, vexilla, cornua, buccinas, fossas duceret, moenia, munitionesque exstrueret, propugnacula & valla erigeret, bellicas applicaret machinas, scalas muris admoveret: quibus omnibus triste ac lugubre visus excidium & ruina praenotabantur: & quamvis multum hoc interpretes de obsidio urbis per Chaldaeos facta intelligant; Rupertus tamen Tuitiensis, apertissimis rationibus demonstrat, de ultima hac clade, quam Titus & Vespasianus pater intulere, idque in mortis Salvatoris illarum vindictam ultionemque intelligi debere.*

Porro notabilis haec ruina fuit, tum ob civium interuersionem, tum ob urbis florantissimae euerisionem, tum vero ob templi magnificentissimi destructionem; cuius templi tanta erat maiestas & splendor, tantaque fama, ut Hebraei, teste Galatino ipsum pro uerbis more, *hortum fructuum auxorum* dicere non dubitarent, qui quidem hortus arboribus feracibus refertissimus esset, quae poma aurea producerent, sed, quae ventus decussisset, qua allegoria aliud denotare non cupiebant, quam magnam diuitiarum abundantiam, quas in hocce reperire erat templa; omnia siquidem auro mundissimo cooperta erant, & arte diuina constructa: at Nabuchodonosor aliique ita ipsum diripuerunt & spoliarunt, ut non nisi hortus videretur, cuius fructus bellum turbo deiecisset ac dissipasset.

Tanta vero fabricae huius splendor erat ac magnificentia, ut Hebraeis & Babylonica reueris captiuitate, cum ipsum restauraretur, iuuenes quidem gaudio & latuina effer-

rentur, seniores vero & aetate proecliores vberim lachrymarentur, dum nimirum recordarentur quanta prioris fuisset molis dignitas simulque viderent quid secundae deesset. notat autem Galatinus, quinque templo secundo potissimum defuisse, imprimis ignem illum sacrum, qui caelo olim descenderat, quiq; perpetuo in altari coram propitiatorio ardebat, arcam deinde testamenti, summi Pontificis rationale, oleum unctio-nis, & Spiritus sancti responsa consultaque. Alij vero haec aliter recensent, defuisse nimirum Arcam, Manne vinam, Aaronis virgam, illius flores & amygdala, & velum, quo Philistaei arcam cooperuerant, dum illam in Israel remitterent.

Non fuit ruina domus illius Evangelicae, de qua Matthaeus & Lucas: *Et cecidit & fuit ruina illius magna;* ac urbis integrae plurimarum aedium, in qua non manit lapis super lapidem, sed quae ad fundum usque destructa & diruta fuit: ita namque praedixerat Vates regius, de Idumaeorum feritate loquens: *Exinanite, exinanite, usque ad fundamentum in ea: hodie Redemptorem praenuntiantem audire est, Venient dies in se, & circumdabunt te inimici tui in allo, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & non relinquent in te lapidem super lapidem.* Sed tanta tua coecitas est & caligo, ut ne semel de fine & exterminio tuo cogites, nec sollicita sis, quia si cognouisset & tu, id est, Vtinam nouisset, quasi dixisset, Vtinam ita perspecta haberes mala & calamitates, tibi prope diem instantes, ut ipse easdem habeo perspectas, mecum profecto feres, & fortunam quam deploro, mecum proculdubio plorares.

Solet pax ac rerum mundanarum prosperas futurorum malorum obliuionem generare; & peccator, quamdiu blando fortunatorum Deum vultu arridet, calamitates ceruici impendentes, diuinamque ultionem & supplicium inspicit, non conspicit aut ponderat. Phreneticus quo maiori ac periculosiori vesania laborat, & morti propior est, eo ridet effusus & sapius, amicis & circumstantibus casum illius ingemiscens: ille quoniam

Quinq; ornamenta praecipua templi Salomonici.

1. Reg. 6.

Matth. 7. Luc. 6.

Psal. 136.

Nu. 1.

Matth. 23.

Luc. 4.

Matth. 7.

Luc. 6.

Psal. 136.

Matth. 7.

Luc. 6.

Matth. 7.

Luc. 6.

malignitatem ignorat, rider & cachinnatur, quoniam quoniam in statu veiferetur norit, fufpirant & lachrymantur: ita quoque impius & fceleftus; quo diuinis iudiciis fit vicinior ac propior quo & magis voluptates ambit, frequentiores delicias confectatur, magisq; de iisdem fomniat; iuftis interea amariffime plangentibus, animarum pafforibus lamentantibus, & Angelis fufpirantibus. Interim dum Ifrael plenis in deliciarum oceano velis vagabatur, caelestesque minas oblitus vtramque in aurem securus dormiebat; Jeremias futurarum & impendentium calamitarum praefcius, vberim lachrymabatur, & miseram eius dolebat fortem, *sordes eius in peccatis eius, nec recordata est finis sui.* Ita quoque Dominus, interea dum Hierofolymitani ridet, plaudunt, tripudiant, rifu, locis & voluptatibus tempus tranfgunt; dolet, fufpirat ac gemens ait: *Non relinquent in te lapidem super lapidem.*

Thren. 1.

Prophetarum veterum futura mala & inftantes miseras denuntiare volentium, quo eisdem profundius omnium cordibus infulperent, & ad oculum quodammodo repraefentarent morderat, non verbis modo & oratione ad permouendum accommodata, sed etia signis extrinfecis & gestibus nouis, & exotico quodam schemate easdem exprimere. Atq; hinc Bfaia captiuitate Affyriam denuntiaturus, denudatus & nudipes per urbem Hierofolymitanam incedit. Jeremias Babyloniorum crudelitatem praedicturus, ferrea collum grauatus catena per plateas obambulat. Jonas quoque a Deo nuncius missus ad Niniuas ad eorum calamitatem denuntiandam, nudus urbem ingreditur, atque eo schemate quo eum eiecerat balena. & post illos Iesus Christus, oculos lachrymis suffusus, & vultu ad triftitiam compofito, Hierofolymitanam euersionem praedicit ac praenuntiat, vt hac ciues ratione ad poenitentiam alliceret, & ad salutis studium excitaret; neque enim animarum gaudent ruina & perditione; & Sapiens ait: *Non latatur in perditione vinorum.*

Esa. 10.

Jerem. 17. Ion. 3.

Sap. 2.

Punit vrbes & regna Deus ob

Adducam & alia, quae maiorem vobis utilitatem haud dubie allatura sunt. Ex hoc loco colligere poterimus, tum Deū, familias,

vrbes, prouincias, regna denique integra castigare & punire, cum peccata publica sunt. & ipsa impune habent: ita propter detestanda scelera Sodoma, Gomorra, & finitima ciuitates, pentapolitanum territorium sulphureo imbre consumpra sunt. Hinc Samaria penuria commeatus laborauit, vniuersa terra superficies diluuiio periiit, & iam recenter vibs Hierofolymitana in Romanorum potestatem redacta: semper enim vindictam postulat peccatum, & cum mundus ipse impunitatem concedit, tum Deus seuerè admodum & rigide in ipsum animaduertit, & vlciscitur.

Non relinquent in te lapidem super lapidem.

III.

Hoc è loco doctissime ac solidissime probare conatur Angelicus Doctor Thomas, meritum praescientiam nulla ratione praedestinationis causam dici posse; merita enim praeuifa, velut effectus, in praedestinationis gremium cadunt. Hoc quidem sic habere fateor, ipsa tamen peccatorum praenotio vera reprobationis causa est, quoad poenam impiis preparatam, in quantum Deus impius ob scelera gratuitatem, quae vera eorum perditionis ratio est ac fundamentum, (vnde Oseas: *perditio tua ex te Israhel, Cap. 13. tantummodo in me auxilium tuum*) punire statuit. Juxta hanc doctrinam Deus Hierofolymae peccata prauidens eiusdem cladem praedicit, praedicensque lacrymatur, quod nimirum ab inimicis, qui bestis truculentiores sunt, deuastanda sit; de quibus Oseas lacrymans ait: *Comedes eam bestia agri, & visitabo super eam dies Baalim: quibus accendebat incensum.* Notate porro, quibus nominibus milites urbem vastantes appellet. neque enim solo inimicorum eos compellat nomine, sed bestiarum, & ipsarum etiam siluestrium, ferarum perque siluas diuagantium, quae ceteris esse soleat ferociores atrocioresque. Eadem metaphora vsus est, & Dauid dicens: *Ne tradas bestiis: id est, barbaris & crudelibus, animas confitentium tibi;* quae verba Paraphraſis Chaldaea sic tranſtulit: *Ne tradas populo ſimilibus animalibus ſilueſtribus animas deſcentium legem tuam.* Ipse quoque Deus apud Ezechielem milites Pharaonis regnum euerturos, bestiis contulit, *bestis terra dedit*

Peccata reprobationis causa.

Cap. 13.

Ose. 2.

Psal. 79.

Ezech. 19.

sc ad

se ad deiorandum. Et sane ferinum est, & magis crudelitatis argumentum, non relinquere lapidem super lapidem.

*Christus ut verus erat homo, verus quoque Deus fuit, atque ideo sancta eius anima in diuina illa essentia omnia quae in iniqua Solyina fiebant peccata conspiciebat, perfecte nouerat omnem ambitionem, impietatem, aliaque grauius scelera, quae ab omni hominum genere patrabatur. Videbat inter sacerdotes, alios esse ignaros & legis diuinæ nescios, alios honorum cupiditate excaecatos, alios etiam sacrilegos & sacris abutentes. Videbat inter magistratus & reipub. praefectos illos concussionarios, alios auaros, alios viduarum & pupillarum negotiis postpositis imo deprauatis, solis fauere ditioribus. Quae omnia cum videret in lacrymas totus resolebatur, Prophetam Sophoniam imitatus qui longo ante tempore praevaticicem Ierusalem, eiusque enormia scelera deplorauit, *Pa promoucatrix & redempta ciuitas: in principio eius in medio eius, quasi leones rugientes; indices eius lupi; Sespere non relinquebant in mane: Propheta eius uelani, uiri infideles; sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. Et sane quo urbes maiores & latius patentes, quo & vitia frequentiora & magis obuia.**

*Non in scire mihi propterea dixisse visus est Amphides, dum vrbes esse dixit theatra in quibus tristes assidue casus & tragica infelicitatis dramata representantur; huc quoque facit scitam responsum Strathonici Atheniensis: hic cum Heraclea esset egressus, urbis cepit portas & muros accuratius intueri quod cum alius videret, rogaretque quorsum ita respiceret, statim ait, *Fudet se videri exire à lupanari; tacite magnam Heracleotarum dissolutionem, morumque corruptelam suggillans. Constat autem, nullam unquam in orbe tepertam urbem, quae cum Ierosolymitana, quoad scelera & abominaciones potuerit comparari. Erat quippe ciuitas, absque mutua ciuium concordia, sine iustitia, sine ulla legum obseruatione, immitis, merum vitiorum chaos & colluuius.**

Veteres Saxones, uti curiose notauit Io-

annes Goropius Becanus, ut sub hieroglyphico, reipub. laudabiliter administratam, legum obseruatione insignem & iustitiae obseruantissimam exprimerent; statuas finxere, cuius nomen tribus concludebatur verbis *Her/Man/Sat*; cui & haec epigrapha addita, *Dans ego gentis Saxonum victoriam certam polliceor uenerantibus.* Erat haec statua à capite ad calcem armata, solo pedore inermi, manu dextra vexillum praeferebat diuersicolor, cuius in medio rosa vel ut symbolum; sinistra bilancem, & iuxta illam visus, clypeo vero leo erat insculptus. Abstrusa profecto mysteria, quorum expositio etiam non minus admirabilis, tria autem verba illa superius enarrata, tantumdem valebant, ac *communis uirorum conseruator*, *Her* namque communis, *man* uir, & *sat* conseruator denotat. Significabat autem, absolutam reipubl. conseruationem in ijs omnibus quae statua praeferebat consistere; primo ut arma habeat, quibus inimicorum imperum propulset, eorumque molimina impediatur: nam ut reipubl. arma ad inimicos externos arcendos habere conuenit, ita quoque consilia & sapientum directiones ad vitia quae hostes domestici sunt, exstirpanda. Nudum uero pedus denotabat, non esse cum furore & raucore inimicos expugnandos: Visus uero & leo diuersa denotabant, ut nimirum Leonem se gerat princeps erga externos, at erga domesticos visum. Ceterum duo de urbe mirabilia traduntur, primum quod catulos suos praeter ceteris diligat animabus; alterum quod maximas etiam feras mirabili artificio expugnet, nam; ut Plinius ait, *Pugnaturi contra tauros supini incedunt.* Pugnatur scilicet oculis in caelum directis: ita quoque reipub. solo amore ciuium inducta & humanis exclusis respectibus, & oculis in unum caelum sublati, nullum periculum subterfugiat, auxilium & opem caelitus expectando. Vexilli uarietate concordiam rectorum reipubl. in illius conseruatione ac defensione designat: licet enim unus huius sit coloris, & alter alterius; id est unus alterum dignitate praecellat, sub uno tamen omnes vexillo conueniant oportet ad reipub. tuendam, & mortem pro eiusdem incolis.

Fol. 652. r.
685.

Duae uisus
proprietates.

Lib. 8. c. 36.

colunitate & salute oppetendam, idque ex meo & sincero quo erga eam feruntur amore, cuius rosa symbolum. Iam sola exponenda restat bilanx quæ ipsius genuinum hieroglyphicum est iustitiæ, qua denotabatur vnum reipubl. administrandi studium esse debere, punire improbos & præmijs afficere probos. Quæ omnia vbi concurrunt, felix respu. dicenda est; & misera & infelix, dum quid horum defuerit.

Ut refert Man.

Rom. cap. 33.

Huc faciet, quod olim de ciuitatibus & regnis sapiens nescio quis dicebat, tunc deum illa infelicia esse & in interitum tuere, cum sapientes haberent inuiles, senes imprudentes, iuuenes immorigeros, diuites immites, mulieres infames & honoris prodigas, Christianos irreligiosos, pauperes superbos, Episcopos negligentes, respub. legibus destitutas, rectores scelestos, & imprimis regem incium & imperitum, in aliorum defectibus supplendis: regis enim ac Principis dotes omnia regni vitia & imperfectiones supplere & regere posse videntur: Quod vbi ciuitati alicui defuerit, nã illa misera & maxime deploranda. Talis autem erat ciuitas Ierosolymitana, de qua Isaias ait: *omne caput languidum, & omne cor moerens.* Nemini igitur mirum videatur, si Christus illius ruinam præfagiens, lacrymans dicat: *Non relinquens in te lapidem super lapidem.*

Isai. 1.

Peccatum animæ ingentē ruina adfert.

Ruina hæc allegorice illam denotat, quam in anima peccatum facere solet: tanta quippe est animæ, in quam peccatum tyrannidem exercuit ac dominium, vastitas, & ruina, vt non maneat lapis super lapidem, & nihil integrum, fundamenta ipsa concuriat, hominem in nihilum redigat, & spiritus ædificium penitus disiciat ac destruat. Audite vt hanc ruinam Princeps ille Israel in se expertus ingemiscat: *Ad nihilum redactus sum, & nesciui.* Vnicum peccatum maiora adferre animæ mala; maioremque edere ruinam solet, quam si omnes creaturæ in illius perniciem conspirassent. Cogitare vobiscum & statuite, omnes omnino creaturas, quæ vel in cælo, vel in terra, vel etiam apud inferos sunt, nescio quo rancore & inuidia extimulatas in ruinam exitiumque

Insignis meditatio.

vestrum conspirasse, Angelos inquam homines & dæmones: & omni ratione eniti, vobis vt detrimentum aliquod adferant; omnes profecto in vnum conglobati agmē, tantā vobis vnitis viribus inferre perniciem non possent, quantum vnicum dum animam subierit, peccatum. Adde quin etiam, si Deus ipse infinito vos odio prosequeretur, & os inem suam in vos iram & indignationem effunderet, & potentiam infinitam aduersum vos exerceret, omnia quoque quæ absoluta & plena potestate cælo dimittere potest mala, in caput vestrum cuiabraret; numquam tamen tantum vobis detrimenti afferre posset, quam vnicum, quod facile admittitur, peccatum.

Peccatum plus animæ nocet quam omnes ceteræ.

Quod ita probō. Si vniuersi mundi incolæ sumis armis aduersus hominem insurgerent, omniaque tormentorum afflictionumque genera, quæ excogitari aut fingi mente queant, in illum exercerent, ipsum quidem non nisi malum pœnæ foret, licet grauissimum, vltius tamen progredi non possent, aut maiora reperire, (malum enim culpæ & peccatum, animæ immittere non valent): ita nec Deus omnia potentia suæ tela cuibrans: eamque vsque ad summum gradum distendens, non nisi malum pœnæ afferre posset, (non enim potest peccati esse auctor vel mali culpæ origo;) cum diuinæ bonitati quam maxime repugnet sceleris causam esse. peccatum siquidem adeo diuinitati aduersatur, & vt ipsa quidem natura assumpta mori potuerit, at non peccare. Si enim peccare posset, defice: et tandem, & ad nihilum redigeretur, atque ita Deus non esset, vt qui ab æterno est æternus, & formam habet æternam, de quo Psalteris canit, *Tu autem idem ipse es, & annis tui non deficient.*

Quæstionem hanc tangens Angelicus Thomas, tandem ita concludit, *Malum culpa cunctis partibus minus est omni malo pœna, nec tantum pœna mali sensibilis, sed & malo damni, quod est carentia diuinæ visionis, quod malum infinitum dicitur, quia bono priuat infinito.* Conclusionem autem suam confirmat, quod culpa hominem simpliciter & absolute improbum reddat, non vero pœna

Nihil peccato pœna.

pœna nec supplicium. Equibus omnibus colligere est, quantum detrimenti ac pernicii animæ adferre peccatum soleat, adeo ut non maneat in illo super lapidem lapis, super virtutem virtus, super meritum meritum, denique non opus super opus; sed omnia radicitus & funditus destruantur, & fundamento tenus, q̄ est fides Christiana, quæ post animæ excidium sola inuoluta & integra perseverat, cuncta euellantur; peccataque ibidem agant quod olim Babylonii Ierolymæ, quibus dicitur, *Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.* Atq; hoc vberius deplorandum est lacrymis; quod re ipsa hodie Christus declarauit, qui vrbi propinquans lacrymas continere non potuit, *Sed cum appropinquaret Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam.* Hæc lacrymas iam exeuertimus, & ita ad alterum concionis membrum deuoluemur.

IV. Christus igitur ultimam suam Ierolymam versus profectiorem in Dominica palmarum instituens, quamprimum ut in oculos ipsa rebellis vrbs mœnia domusque ueniret, & eminens eandem conspicatus est, illius cladem, quam Titus & Vespasianus pater eidem, ob Dei vnigeniti necem intulerunt, prælagiens, simulque præuidens, quot calamitates, ærumnæ, mala ceruicibus ciuium impenderent; dolore tactus intrinseco, & sortem miseratus inquam lacrymas effudit: quibus ostenderet, quantam sibi tristitiam ac dolorem dilecti sibi loci & populi excidium causeretur. *Videns ciuitatem,*

Quater fleuit super illam. Quater autem Dominum Christus in vita fleuisse comperio, vti ex Euangelii historia fiet manifestum; primo in natiuitate, nam *Primam vocem similem omnibus emisit plorans.* Deinde in Lazari ad vitam resurrectione: *Lachrymatuſ est Iesus.* Tertio cruci confixus, vnde Apostolus: *Cum lachrymis & clamore valido exauditus est.* Denique hocce loco, urbem Ierolymitanam cum conspiceret, *Videns ciuitatem, fleuit super illam.*

Lib. 5. c. 1. Marcus Marcellus, ut Valerius refert, captis à se Syraculis in arce earum constituit, ut vrbs modo opulentissima tunc afflictæ fortunam ex alto cerneret. Cæterum lugubrem casum eius intuens, fletum cohibere

Tom. 2. Pars 2. Estina.

non potuit. Ita quoque Redemptor noster visa hodie florentissima illa Ierolymitanâ ciuitate, eiusque cladem sibi representans, & excidium deuastationemque vrbs eminens conspicatus, vrbs inquam pulcherrimæ ac celeberrimæ, tantum intrinsecus dolorem & amaritudinem sensit, ut lacrymis totus permauerit.

Credidere veteres, regis & principis non Lachrymare esse lachrymari, imo lacrymas sceptro & ri credebatur diademate esse indignas; hinc Alexander veteres non Macedo vanitatis & tumi cupidissimus, poe esse regiū. tam quendam neci addidit, q̄ adeo lugubre ac funebre drama exhibuerit, regem ut in theatro ad lacrymas coegerit, indignum siquidem & indecorum putabat, regem in fletum resolui. Et sane habent impii & magnates corda ferrea & viscera ad duritiem & ferociam edocta: *Viscera impiorum crudelia. Prou. 12.* Hinc Amos Propheta olim quidem ouium pastor, at deinde in Dei ludo orator disertissimus aduersus opulentos & primates exclamat, *Va qui opulenti estis in Sion nihil compatiebantur super contritione Ioseph.* Cæterum inceptam hanc & vanam opinionem Christus hodie refellit, ac re ipsa ostendit, fletum & sceptrum, lacrymas & diuinitatem optime inter se conuenire & vna in sede morari posse; nihilque ita decere Principem quam pietatem & commiserationem, cuius testes ipsa sunt lacrymæ.

Videns ciuitatem, fleuit super illam; ô lacrymæ sanctissimæ! lacrymæ, quæ mundi gaudia docent contemnere & risum vitæ huius irridere, idq; ex mente Ecclesiastici, *Risum, Eccl. 2.* inquit, *reputauit errorem, & gaudio dixi, Quid frustra deciperis?* Risum ecce errorem nuncupat, & gaudium esse putat decipulam: eo quod decipiuntur & errant, qui in hoc mundo gaudia consectantur; & qui risum aucupantur, in vitæ huius præcepta decretaque impingunt & errant. Alio autem loco domum funeris ac lacrymarum superbis ac regificis præfert conuiuio, *Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuii.* Ipse quoque Dominus in Euangelio ait, eos lacrymaturos aliquando, qui modo rident & gaudent. Iacobus Apostolus ait risum in lacrymas conuertendum; *Risus vester in*

Luc. 6.
Iacob 4.
A a lacrimam

lulum conuertetur. Denique nullo Euangelii loco reperies Christum risisse, ac saepius plorasse, ac perpetuum quodammodo Heracitum egisse.

Deus potius offert misericordiamq; exercet iustitiam.

Deut. 20.

Videns civitatem fleuit super illam. Solet Deus misericordiam prius demonstrare, quae iustitiam & rigorem exerceat, & lachrymas benignitatis & compassionis virgae iustitiae praemittere: huc traham praecipuum illud quod Israelitis olim Deus dedit, dum urbem aliquam essent obsessuri, *Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primum pacem: si acceperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur & seruiet tibi sub tributo; sin autem facias inire noluerit, & ceperit contra te bellum, oppugnabis eam.* Idem Deus omnino cum hominibus agit, primo namque ius pacem offert & misericordiam, qui vero pacem repudiant, aut qui eadem abutuntur, tandem corripit ac meritis supplicis castigat. Semper igitur misericordia iustitiam praecedat. Sed illud inter utramque virtutem discrimen est, quod misericordia detur gratis, iustitia vero non nisi de meritis praecedentibus: adeo ut, si quando Deus misericordiam demonstrat, non semper, praevia respiciat merita recipientium; iustitiam vero exerceens, criminum praecedentia semper intueatur.

Hoc designatum putavit Clemens Alexandrinus in columna illa ignea & nube, quae filios Israel in deserto Sinai deducebat, ne forte errarent, aut de via deflecentes in hostes improviso inderent, *Nubis enim est refrigerare, atque à solis aestu & ardore protegere; ignis vero contra comburere atque vastare, quos ergo nubes non fouet, ignis vastat, & ideo qui quis relictis viam refugientem, ignem sentiet comburentem.* Iustitiam itaque misericordia semper antecedit, quod & Christi lachrymae hodie denotant.

Vna manu Deus peccatores puniunt altera protegit.

Videns civitatem fleuit super eam. Lachrymatur quod cladem & exterminium videret quod urbi huic esset aliquando immitturus. Vno oculorum lachrymas, & alio iram & flagellum ostendit: manu dextra gratiam & indulgentiam praesert, sinistra flagellum & supplicia. Vna peccatores defendit ac protegit, altera castigat & corripit: quo alludit

patientiae typus Iob, *Quis mihi, inquit, hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me donec pertransseat furor tuus.* Doctissimus ac religiosissimus Titelmannus de extremo hoc intellexit iudicio, quasi pauidus ac tremens diceret, utinam tristi illa hora, ne irati iudicis vultum minas spirantem cogar intueri, liceret abscondi; sepulchri certe latebris me occultarem, donec iudicis rigidissimi furor & indignatio pertransisset, cum tamen aliquando me in resurrectione illa vniuersali resurrectionum sperem.

Subtilis Nicetas aliter exponit, & hunc elici posse est Prophetae verbis sensum putat, fatius mihi foret, Domine, mori, quam diutius in misera hac vita commorari; & sane si mihi daretur optio, malim mortuus accedere, & sepulchrum ingredi, donec tuus, o summe Iudex furor & indignatio pertransseat, modo mihi tempus certo concedas, quo me in vitam reuocaturus es. Quis demum verus & germanus sensus sit, non magno opere laboro, sed efficere volo, Iob Dei nam metuentem non alium tamen patronum eligere, quam eum ipsum quem metuit; & quem videre metuit, ab eodem abscondi & celari petir.

Profecto vna manu in creaturas fauuit Deus, & altera protegit ac tuetur. Quod in propitiatorio ad oculum expressum video, in quo Deus in medio Cherubin confidebat; propitiatorium autem coopertorium erat Arca, in qua legis tabulae asseruabantur: denotatur hic namque à diuina misericordia leges & peccata regi, ne forte à iustitiae videantur, quae poenas deinde & supplicium deposcat. Quo respiciens Propheta istia videtur ait, *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quo um tecta sunt peccata.* Et Ezechiel, *Expandi amicum meum super te, & operui iniquitatem tuam.* Item Isaias, *Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.* Diuina igitur misericordia tegit peccatores, ne à iustitiae rigore videantur; quando vero in apertum venerint, & supplicis addicti fuerint, Deus clementia plenus plorat & gemit, quod ipsa hic videre est, *Videns civitatem fleuit super eam.*

Maledictae urbes, quae Saluatori, meo lachrymas

erymas executis. Nusquam inuenietis Christum super pagos, aut oppida fleuisse, sed super vrbes, quod profecto notatu dignum, tanta quippe in vribus mala sunt, vt Dei filium ad fletum cogant. *Fleuit*, atq; ita declarat, se futura scire, & inimicos diligere, vt ait Euthymius. *Fleuit*, vt ostendat, vt quidam pie meditatur, quam graue ei sit in homines scire, licet etiam meritis eos supplicis afficiat. Vnde apud Isaiam, *Hec consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis*, dicit *huc*, quæ dolentis est interiectio, declarans quam ei displiceat & graue sit, iustitiam exercere & vindictam. *Fleuit*, ait alius quidam, vt cæcitatem & miseriam peccatoris lachrymis dignam esse declararet; idque ex mente Sapientis: *Super mortuum plora, id fecit enim lux eius, & super fatuum, plora, defecit enim sensus eius, & fleuit super eam*, Hebraica phrasi; nostra, *propter eam*; iuxta illum locum Leuitici, *Et stupebunt super eam inimici vestri, id est propter eam, quid amplius? Fleuit*, vt meum quoque proferam iudicium vt homini pudorem incutiat, quod eius solius causa Deus lachrymetur, cum cæteræ ei creaturæ gaudium & voluptatem adferant obediendo. Vnde Psaltes: *Lætabitur Dominus in op.ribus suis*. Gaudet scilicet Creator & plaudit, omnes dum creaturas ad iussa accipienda videt promptissimas; hominem vero refractarium ac contumacem mandatis reluctari. De solo quoque homine dictum fuit olim: *Pœnitent me faciss: homin m;* & ob solum hominem fleuit hodie, hodie inquam ob peccata illius, ob reprobationem & instantem ruinam. *Videns ciuitatem fleuit super eam*.

Isai. 1.

Ecd. 22.

Leuit. 26.

Psal. 103.

Gen. 6.

Deus illibere vindictam exercet.

Isai. 1.

Hoc cogites velim iracunde & æstuans, non esse Deum in vindicando similem hominibus; gaudent namque hi & sibi quasi de præda capta gratulantur, dum in inimicos insurgere, deque iis vindictam capere licet; Christus vero è contra dolet & lacrymatur videns aduenisse tempus quo de ingrata Ierosolyma vindicta sumenda esset. Perpendit hoc nomine verba illa Isaiæ, in quibus Deum loquentem inducit, *Hec consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis*. Perspectam quoque, illius con-

suetudinem habebat Tobias dum ait: *Non Tob. 2. delectaris in perditionibus nostris*. Quin & in Genesi, dum tristem illam & funestam sententiam de terra diluio disperdenda pronuntiaret, dolens & inuitus protulit: *Dolore Gen. 6. cordis tactus intrinsecus*. Quod perpendens sanctissimus Iob, & demiratus, cur adeo in se sciret & insurgeret, ait: *Nunquid oculi Iob. 19. carnei tibi sunt, & sicut videt homo, tu vides?* Homo namque inimicum respexit, de eo vt vindictam sumat; Deus vero magna prius cum misericordia eum intuetur, vt hac eum ratione in viam reducat, animæque illius salutem procuret.

Quam egregios autem mihi producant V. conceptus dulces illæ Christi lachrymæ, Conceptus quorum hic primus est. Docent nos illæ lachrymis primo, quot quantisq; lachrymis sua quem-Christi, liber desistere oporteat delicta, cum Christus tam amare deplorat aliena: Et profecto lachrymis peccata digna sunt, neque enim ad eadem eluenda aquam suggerunt sacra monumenta, quam fontem lachrymarum. Vnde in Ezechiele: *In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor*. Ipse quoque Dominus, cruce grauatus dum ad Caluaria; montem ascenderet, viso filias Ierusalem lugere, & oculos lachrymis habere suffusos, easdem consolatus ait: *Nolite flere super me, qui peccata non admisi: Sed flete super vos & filios vestros, qui peccata admistis, quæ lachrymas merentur*. Sanctus quoque Petrus mox vt Dominum negando peierauit anathematizauit; *Exiit foras & fleuit amare: & statim benigno illum oculo Christus respexit, & illi prius quam aliis à resurrectione apparere voluit*.

Omnes Oceani vnde ne scintillam qui-Simile. dem purgatorii ignis possent extinguere, & vnica ecce lachrymula ad ipsum penitus extinguendum sufficit. Domum depa-Lacrymæ o- scente flamma aliud non adhibetur remedium, quam aqua: ita anima concupiscen-primum ad delicta pec- tæ ardoribus æstuante, non alia ad suf- catorum reme- focandum incendium & flammam compescendam suppetit via, quam lachrymas dium. iniisere pœnitentiæ. Tunc affulgere serenitas solet, cum nubes turgidæ in aquas resoluuntur.

soluuntur & terram rigant; sic & Spiritus malaciam inducit & serenatur, cum obscura & caliginosa peccatorum nubes disrumpitur, & animam exonerans in lacrymas & fletum penitus resoluitur.

Aliorum peccata etiam deploranda.

Rom. 6. Alter est hic. Dei filius lacrymans hominum filios docet, tam aliena quam propria esse deploranda peccata: quod se fecisse restatur ad Romanos Apostolus, *Tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo. optabam enim anathema esse à Christo pro fratribus meis.*

1. Cor. 2. Et in alia Epistola audivo, Corinthi aliquos grauius in Deum peccasse, ita doluit & tali affectus est tristitia, vt lacrymans diceret, *Nam ex multis tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas. & scitis, quam caritatem habeam abundantius in vobis, quod quia Christiani hodie negligunt, & de aliorum peccatis nihil laborant, merito conqueritur Augustinus, Sunt ne in te,*

S. August. *Christiane, viscera compassionis, qui plangis corpus à quo recessit anima, & non plangis animam à qua recessit Deus?* Propterea de anima iusti in Canticis dictum existimo, *Oculi tui sicut piscina in Hesbon, semper aquam emittentes.*

Cant. 7. Equis, obsecro, Christianus hodierna potissimum die, qua Hæretici Ecclesiam perfundare satagunt, tot per vires & regna scelerata inualescunt, tot iniustitiæ per palatia & tribunalia dominantur, tot in Capitulis simoniæ regnant, non doleat, suspiret, lamentetur ac cum Ieremia flet dicens, *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte?*

Sed heu paradoxa! soli hodie Religiosi quique in monasteriis & claustris delitescunt, scandala mundi deplorant, publicas illas abominationes & pestes & peccata gemunt vulgi, scelerum auctoribus ne hilum interea sollicitis; Religiosi inquam soli penitentiam agunt ob aliena peccata, & rei lasciuiunt, nouaque sibi etiam onera imponunt. An non laborantibus nauis & clamaantibus, fluctibus circumquaque tumescentibus, ventorum procella longelateque per mare defauiente, mercibus quoque in aquas deiectis, solus in carina dormit Ionas?

Ioan. 1. *Clamauerunt Siriti ad Deum suum, & miserunt Sasa qua erant in nauis in mare, vt alienaretur*

ab eis, & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. O rem nouam! ecce, qui tempestatis non erant causa, laborabant, discursabant, sudabant, vt nauim immunem conseruarent; & Ionas, ob cuius peccata tempestatem hanc excitat Deus, non laborat, sed in vtramque securus aurem dormiebat. Ita quoque in mari mundi huius viuunt mortales. Peccatores enim, ob quorum delicta sæpe Deus immittere tempestates solet, sine vlla anxietate dormiunt, iusti vero & probi, qui nullius criminis rei sunt, in monasteriis & claustris plangunt & penitentiam agunt.

Docent quoque nos lacrymæ Christi ob Ierosolymæ peccata eiusque desolationem effusa, quantis digna sit lacrymis ac planctu ruina & vastitas quam animæ asferre peccatum solet. Inprimis namque æternæ illam damnationis ream constituit. Vnde peccatorem quemdam compellans in Actis Petrus ait, *in jelle amaritudinis & obligati. ne peccati video te esse.* Infinitam includit malitiam, quod Dei gratiam euerat, qua meritum Christi pretium in se comprehendit; de qua loquens Apostolus: *Empti enim estis pretio magno.* Notandum hic igitur est, nos cum delictum letale committimus, non modo, vt velut diuinorum mandatorum transgressores & diuinæ maiestatis læsæ rei puniamur, mereri; verum etiam vt diuinorum thesaurorum, & pretiosi sanguinis Christi eiusque gratiarum dissipatores, ipsum infiniti est mali, quod infinito nos priuet bono, Deum pellat, eumque quantum potest, contristet: si enim in Deum cadere posset tristitia, ipsum profecto peccatum infinitum ei dolorem asferret. Hinc Apostolus ad Ephesios ait: *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei:* non quod credere oporteat, Spiritum sanctum tristitiæ capacem esse, sed innuit solummodo Apostolus, nullo pacto crimen vllum admittendum esse: nam ipsum, in quantum potest, Spiritui sancto dolorem adfert, & quamuis nullam ille in se ob hoc tristitiam aut aculeum sentiat, fieri hoc dicendum est: quod nullus in eum dolor cadere queat.

At inprimis ferus ille tyrannus DEVM animæ

Peccati-
na ploranda.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

Ephes. 4.

Peccatū vt animā pellit imperio, eumque fugat; si quis Deum ab anima fuget. vero qui hoc fieri possit, perat, cum infinita Deus sit potentia; respondebit meo nomine Scotus, & Theologiae terminis dicit, gratiam à peccato fugari non effectiue, non formaliter, sed demeritoriē, nulla enim vis est quæ eum effectiue repellat, sed, vt dixi, demeritum. Iacob cum firmiter secum stauisset à socero Laban recedere, hanc secessus & abitionis suæ causam allegauit vxoribus: *Video faciem Patris vestri, quod non sit erga me sicut heri, & nudius tertius.* Idem omnino peccator tecum agitur, quia enim faciem Deo mutas, & cor tuum ab illo peccando auertis, per demerita ab anima illum repellis. Ecce quartum.

Gen. 31.

Christus forsitan urbem Ierosolymitanam desceuit, vt amore suum & affectum, quo in patriam erat, ostenderet & testaretur: Iudæus enim cum esset, & Ierosolyma totius Iudææ Metropolis illius cladem præaugurans commotus amore quodam naturali ingemiscit, & in signum doloris compassionisq; infinitam lachrymarum vim effundit.

VI.

Nemo nostrum est, Auditores, qui non naturali quodam in patriam affectu sit, vt non modo illius casu & clade ingemiscamus sed sanguinem etiam & vitam ob illius incolumitatem, profundere non vereamur, quod historis tum prophanis tum sacris manifestum fiet. Codrus Rex Atheniensium, audito Deos nō aliter patriæ pacem ac tranquillitatem polliceri, nisi mortem Rex occubisset, eidem quam promptissime sese obrulit; vtque facilius ab obuiō quouis occideretur, mutato habitu hostilia ingressus est castra. M. Curtius eques ille Romanus, quo patriam discrimini euidentissimo eriperet, eidem sese vltro deuouit, & in baratrum armatus insiliit, atque ita voluntaria & vltronea vitæ suæ hostia deorum indignationem sustulit. David Rex, vt & sacrum

1. Reg. 17.

quid tangamus, solo patriæ amore inductus Philisthaum aggressus est, & præsentissimo vitam discrimini exposuit; imo nec mulieribus hic in patriam affectus defuit, pulchra namque Iuditha, nullo metu percussa, nec periculo pallescens, hostiles acies perripit, vitam amittere parata; modo patriam in li-

bertatem assereret & ab excidio defenderet.

Futere sane nonnulli qui tanto erga patriam & terram natiuitatis affectu suere, vt stōria de acum vitam & fortunas integras conferre more in potuissent, ob patriam tamen illa quodam modo prodegerint, & eidem postposuerint. Inter quos fuit L. Sylla hospes, cuius cum patriam Præneste violenter Sylla oppressisset, & omnes occidi mandasset, hospite excepto, cui ob sacra hospitii iura parcebat; at ille generose & libere respondit, solo in patriam amore & affectu inductus: *Nolo patriam meam extinctori debere vitam:* quo dicto in confertissimam Syllarum manum sese coniecit, & in medios vltro ruit gladios, atque ita patriæ vitam dedicauit obrunctus.

Veteres, vt refert Cartharius, cum Cybele (per quam terram designabant) turritam coronam imponerent, quod scilicet vires turribus munita in terra essent sitæ; & illam curui insidentem, plurimis stipatoribus circumdatam, & a leonibus mitibus feritatemq; exutis vectam, fingerent; aliud credo nihil denotare voluisse, quam non ciues modo ob patriam defendendam arma induere, at ipsos etiam leones, Reges inquam & Principes, patriæ salutis, bonique publici esse debere quam studiosissimos.

Huc traho quod de Atheniensibus refert Alciatus, verum apud illos nobilitatis symbolum fuisse cicadam vel locustam siluestrem, quod animalculum tōi eo in loco moriatur, in quo vitam accepit, & ne solis quidem ardore superastuante recedat. Denotare volebant, nihil esse, e quo melius vera animæ nobilitas dignosci queat, quam nunquam patriæ inibus emigrare, nec in vita, nec in morte eandem delerere, omnem potius fortunæ aduersitatem in eadem sustinendo.

In Emblem.

Ceterum vehemens hic amor communi obligationi qua patriæ carissimæ in qua nati sumus, & e qua esse & vitam accepimus, deuincti sumus innititur. In huius rei symbolum ait Plinius veteres terram magnam appellasse matrem consueuisse & pueros mox vt in lucem editi essent, in terram velut in gremium matris carissimæ solitos demitti:

Aa 3. terram.

terram siquidem dicebant, quasi *ter bonam*, quod suam erga hominem bonitatem tertio ostendat; primo in natiuitate illos excipiendo; deinde toto vitæ tempore, eosdem educando; vltimo deniq; in gremium suum post mortem admittendo.

Et profecto tam vehemens & efficax patriæ amor est, vt & filium Dei, Ierosolymitanam cladem præuidentem ad lachrymas compulerit. Cuius rei luculentam in Dauide rege figuram intueor, qui Psalmo quinquagesimo *Miserere mei Deus*, delictorum veniam postulans, patriæ statim suæ mentionem subiicit, eiusque conseruationem petit: cum vero perspectum haberet ob peccata, ac præsertim Principum, Deum in ciuitates scire solere subiungit: *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis mea.* Qua oratione non delicti modo sui remissionem postulat, sed salutem etiam & conseruationem totius vrbs, ne forte ob illius delictum vrbs quoque aliquod discrimen subiret. Ideo namque subnectit: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt adificentur muri Ierusalem:* ac si dicere voluisset; mecum ipse constitui Domine, muros Ierosolymitanos restaurare, ac regiam illâ templi molem exstruere, in qua tibi victima & libamina offerantur. At quoniam scio, ob peccata, ac præsertim regum & Principum, respub. & ciuitates, destrui & funditus euelli solere, enixe à te contendo, vt misericordem te præstes, & tam mihi, quam miseræ huic vrbi parcas.

5. Fleuit ad hæc Dominus, quod iniquitatem & iniustitiam præuideret, quæ hac in vrbe aliquando exerceretur, ob pestiferam illam inuidiam, & conspirationes quas in Messiam ciues aliquando machinarentur, & quod certo sciret, omnia hæc illius fore causam cladis & excidii. Hic tria scilicet erant, quæ sub Christi nomine metuit olim

Ezech. 26. Salomon: A tribus simul cor meum, & à quart. facies mea metuit, deleturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem.

Tria damnosa. Lis siquidem ciuitatis, calumnia mendax, & plebis coniuratio, tria sunt adeo periculosa & noxia, vt ipsis etiam regibus timorem incutiant. Sunt tres bestia noxiæ quibus

quidam vrbes ait delectari: *Pallas Urbium aomina vrbes immanissimis bellis delectari, noctua, dracone & populo.* Pernoctuam, luminis inimicam, ac in tenebris semper volitantem, ignorantiam intelligo, per virulentum draconem, qui visus est perspicacissimi, inuidiam: populus vero multorum capitum bellua, seditiones designat ciuiles. Tria autem hæc vrbs afferte damnum & perniciem solent & quoniam Christus omnia hæc in se conspiratura præuideret in nefanda hac vrbe Ierusalem, idcirco illius calamitatem & miseriam deflet. *Videns ciuitatem fleuit super illam.*

Fleuit igitur hodie Redemptor noster: quod si cui forte nouum videatur aut indecens, imo indignum, Deum plorare; cogitet ille secum, eundem ipsum & hominem fuisse, atque ita proculdubio mirari desinet. Ferunt sane Imp. quemdam Romano-^{Insigne Philo-}rum, tristi accepto nuncio in lacrymas pro-^{lophi cu-}ripisse; at cum senatores & sui hoc ei vitio iusdam re-^{ri-}verterent, & lachrymas tanta esse indignas sponsum maiestate crederent, Philosophus qui tum forte præsens aderat, ait: *Sinite plorare, quia dignitas Imperatoria non impedit illum esse hominem.* Idipsum de Christo Domino dicere quid verat? quamuis enim Deus sit, & cæli ac terræ imperator, homo tamen esse simul non desinet.

Verum quid hoc video, Auditores? ^{Lo-} Exhortatio ^{ad lacrymas} quorne petris an hominibus? brutusne animalibus an ratione vtentibus concionor? quid? non nisi de lachrymis hic ago, neminem tamen, qui fleat, intueor. Christone lachrymante liccos vos oculos præferetis? illius singultibus & suspiriis an non coniungetis vltra? o pectora ferro, ære ac marmore duriora! an non flebitis, Dei vnigenitum flentem intuemini: Eia agite peccata vestra lachrymis eluite simul & aliena. Deserte agros, deserte vrbes in quibus huiusmodi scelera committuntur, & in quibus variæ clades timenda sunt.

Hæc scilicet est lectio hodierna, Domine, quam hodierna nobis prælegis die, est sancta illa Philosophia, quam hocce edocet Euangelio. Tuæ etenim lacrymæ compassionis indicia, ac symbola misericordiæ aper-

tissime

issime clamant nolle te mortem peccatoris, aut illius ruina delectari. Scio, scio natura tua magis in clementiam quam rigore, magis in pacem quam bellum, in misericordia potius quam iustitiam, pendere. Sed edocere nos voluisti lachrymas nobis esse ad salutem necessarias, & cum tu aliena delicta & aliorum ceruicibus impendentem cladem desistas, nos nostra ac propria desere debere. Hi namque torrentes sunt, in quibus emergunt hęc monstra: mare rubrum hic est, in quo Egyptii pereunt undis obruti; diluuium denique hic, quod omnes concupiscentias terrenas & impuras carnis pruriginis obruit & disperdit. At quoniam Domine, donum lachrymarum cœlitus descendit, gratiam obsecro nobis presta, ut assidue nostra hic peccata desiccamus, & bonorum operum seminem in poenitentia agro ita seminemus, totque lachrymis irrigemus, ut tandem aliquando in gaudio & consolatione, in alterius mundi solo, in quo beatitudinem nostram expectamus, fructum colligere mereamur: quod prestare dignetur qui uiuit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus S. Deus. Amen.

DOMINICA DECIMA
POST PENTECOST.

Partitio.

- II. De superbia detestatione.
- III. De orantis Pharisei fastu.
- III. De orantis gloriatione.
- IV. De precum submissione.
- V. De laudis propria amantibus.
- VI. De orantis publicani pudore.
- VII. Parænesis seu præconium humilitatis.
- IX. Encomium humilium.

Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, vnus Phariseus & alter publicanus. Luc. 18.

FIGURA.

Evangelicus Propheta Isaias inter omnia que in Messia in mundum aduertu euen-

tura prædixit, ar valles replendas, & montes complanandos: per valles autem humiles intelligit; per montes, turgidos & inflatos superbia. Messias igitur exaltabit humiles & superbos deprimet. Cuius rei hodierno in Euangelio manifestum videre est exemplum: in quo duos cerneris, Phariseum inquam & Publicanum, nimium quantum inter se discrepantes, vnum superbia & vanitatis typho turgidum, alium humilia de se sentientem, suique contemptorem: & concludit, postquam eorum conditiones plurius enarrasset, Euangelium, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Et qui se humiliat, exaltabitur.*

Egregium profecto argumentum, in quo vestro cum fructu & emolumento hodierna expatiatur cœcio. Spiritui ergo sancto supplicemus & sanctissimæ Virgini, hoc ut opus ille Numinis sui auxilio, hęc patrocinio promoueant ac prouehant; quam obrem flexis genibus dicamus:

AVE MARIA.

Sublimes illi Ecclesiæ vertices, & Patres, viuacissimæ virtutum omnium ac præsertim humilitatis imagines; superbia vitiorum omnium tererrimæ naturam & essentiam accuratius examinantes, & ad intimos eius recessus penetrantes, varias eiusdem commentum sunt definitiones ac descriptiones satis exoticas. In primis Augustinus in libr. de ciuitate Dei ita eandem descripsit, *Superbia est peruersa celsitudinis appetitus: & aliter in libro ad Innocentium, Superbia est inordinatus amor propria excellentia: quem sequitur & Magister sententiarum 2. sent. dist. 42. Bernardus vtriusque opinioni suffragatus ita definiuit, Superbia est propria excellentia appetitus. 2. 2. q. 162.* At Angelicus Doctor Thomas aliam tenens viam sic scribit, *Superbia est quadam extollentia per quam se quis extollet supra id quod est ei præfixum diuina regula: alludens scilicet ad Paulinum illud, Nos non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regula, quam mensus est nobis Deus.* Aliter eandem delineant alii & dicunt, *Superbia est propria conditionis præsumptiosa existimatio.*

Quid.